



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

D. Michael Baptista De Lanvza.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

D. MICHAEL BAPTISTA
DE LANUZA

Rector Xenodochij regij ac generalis Dominae nostrae de gratia,
Ciuitatis Caesar-Augustae, gubernator de Lafeca, ac domus
monetariae eiusdem Ciuitatis pro Rege Domino nostro
& domesticus Sanctae Inquisitionis Aragoniae.



IN lucem edidit Episcopus Barbastrensis
(denuum Albarracinus) Frater D. Hiero-
nymus Baptista de Lanuza Dominus
meus, priuilegio Aragoniae ac Castiliae
tres Tomos Concionum quos inscripsit:
Homilias super Euangelia Quadragesi-
mae tanta omnium opinione ac auctori-
tate, vt nondum biennio integro prope
mille & quingenta exemplaria distraherentur. Secedens deinde,
ad sanctum otium Ecclesiae suae secundae, hanc reuidit impressio-
nem, & illam mutauit, ac eo modo quaedam superaddidit, vt
piae defunctionis suae tempore trecentis folijs eam auxisset; non
solum addens nouos ac integros paragraphos ac Homilias, sed
frequenter interserens verba & periodos, praeteritis, ex his delens
& excerpens multis in locis id quod expediebat, vt connecteret,
& bono sensu ac elegantia expoliret conceptus, & admirabiles in-
genij sui superadditas nouasque sententias.

Aduertens igitur quam diuersum, ac multo elegantius, ac pla-
nius sua Dominatio opus illud reliquisset; cum ita sit, quod mihi
contigerit, ex morte eius posse gaudere quasi integro concessio-
nis priuilegiorum tempore ad veteris operis impressionem, il-
lud floccipendi, vt qui hereditario iure possederam opus aliud
multo illustrius, ac nouum, quod liceret imprimere. Et quibus
certis

certis

certis considerationibus motus illud prope decennio distulerim: attamen scrupulo constrictus, quo turbari possum Ecclesiam priuando scriptis ac laboribus filij ac Prælati sui, tantâ doctrinæ ac sanctitatis fama notissimi, & iam piâ victus totius sui Ordinis instantia, aliorumque plurimorum virorum grauissimorum, qui litteris & precibus, in Hispania & de foris, me ad operum illorum vrgebant publicationem, modo profero in lucem totius mundi cum Originalibus Auctoris fideliter collata, vt vix litteram mutatam inuenias. Huius veritatis testimonium produco, nedum comprobationes, in vtroque concilio factas Aragoniæ & Castiliæ, ea tempestate, quâ in vtroque licentiæ concessionem imprimendi obtinui, sed etiam quod non permiserim, vt Homilia Quadragesima sexta perficeretur ex illis quæ haberi poterant ex archiuis & codicibus manu scriptis Patru mei: (illa namque vt inæstimabilis pretij thesauros custodio, inter alia multa præclarissima, manuum eius opera, quæ possideo) quando culpâ typographorum, aut inuidia diaboli in typographia perditæ fuerunt Originalia: minus iudicans inconueniens, Homiliam non perfici, quam illam alieno studio consummari. Reuerentia hæc mea est huic felicissimo calamo debita, qui tam sapienter chartæ tradidit Auctoris sui diuinissimos pectoris conceptus: cuius viua

Ad Hebr.
4. 12. verba scripto & voce fuisse videntur, eruntque semper efficacia ac penetrantia, instar gladij ancipitis, quo corda feriat cum audientium, tum legentium.

De hoc censui lectorem præmonendum, & additas esse quatuor integras Homilias, scilicet:

Vigesimam de Edicto fidei.

Quadragesimam sextam de Passione Domini nostri.

Quadragesimam septimam de solitudine ac Martyrio Beatissimæ Virginis.

Quinquagesimam de Inuentione S. Crucis.

CEN.